

Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Jacobus Döbelius, Med. D. P.P. Poliater ... Viri ... Dn. Joannis Amselii, Ministri Academiae publici ... Funus indicit, atque ad eundum exequias Omnes Omnium Ordinum Literatos, praeprimis Cives Academicos, peramanter invitat : [P.P. sub Sigillo Rectoris die III. Mart. Anno M. DC. LXIX.]

Rostochii: Kilius, [1669]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742726355>


Druck Freier  Zugang




Döbelius, J. J.,
in J. Amsel.
R. 1669.

23







59
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOANNES JACO-
BUS DÖBELIUS,
Med.D.P.P. Poliater, & Facultatis

suæ p. t. DECANUS,
VIRI

Integerrimi Literatissimique

DN. JOANNIS
AMSELII,

Ministri Academiae publici, utriusque
Collegii Professorii Oeconomi, & Amplis Facul-
tatis Juridicæ Secretarii fidelissimi,

Funus indicit,

atque

adeundum exequias

Omnium Ordinum Literatos,

et primis Cives Academicos, peramanter
invitat.



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.



ET MORTUUS EST, formula erat veterum, quā
Seniorum, ex hōc mundō, egressum denuntiabant.
Hanc verō, & populo quoq; Iſrāēlitico, ipsi DEI
nostri peculio, frequentem usitatamq; fuisse, illustra planē
Sacri codicis exempla testantur. Omne tempus, quo vixit
ADAM, nongenti & triginta fuerunt anni, ET MOR-
TUUS EST. Omnes dies SETH facti sunt nongento-
rum duodecim annorum, ET MORTUUS EST. O-
mnes dies ENOS nongenti quinq; fuere anni, ET MOR-
TUUS EST. Vixerunt alii non pauci quam diutissimē,
ET MORTUI SUNT. Ipse, omnes etate superans,
MATHUSALEM, nongentis sexaginta novem annis
vixit, ET MORTUUS EST. ET MORTUUS
EST, dixerim ego hodie, CIVES ACADEMICI, qui
tot aestatum fervores, tot hyemū uredines, pro Roseto nostro
sustinuit, qui operam hactenus, quā potuit maximā, navavit,
quò fidem nobis suā, industriā, & ingenuitatem probaret,
DN. JOANNES AMSELIUS: mortuus est, & ad capulum
redactus. Ejus vitæ curriculum, quod liberi mestissi-
mi, prout illud nobis est insinuatum, expressissimis literis,
VERBOTENUS tantum apponendum rogitarunt, ita habet:
Dilectissimus Dn. Parens noster JOHANNES Amsel/
quondam Academiae Rostochianae Minister, & Ampl.
Facultat. Jurid. Secretar. natus hic Rostochii est, Anno
1596. die lunae 16. Februar. intra secundam & tertiam,
nocturnam. Pater ejus fuit Vir candidus & ingenio-
sissimus ANDREAS Amsel / ex oppido non ignobili
Stain

Stalin in **Stiria** oriundus, (unde cum comite suo **Hans vom Adel** Musico instrumentali, ob excitationem Religionis turbas huc accesserat,) olim Amplissimi Senatus **Rostochiensis** Musicus instrumentalis. Mater **MARTHA Hildermans** / foemina sexus sui virtute ornatissima. Cum autem, prout coeteri mortalium, non sine labe, hanc lucem salutasset, per lavacrum regenerationis Ecclesiae sacrae insertus, & a prima Juventute, pietati, moribus, & bonis literis mancipatus est: & initio quidem ad patrium **Varnum**, sub celeberrimo, tum temporis, lumoderatore, **DN. JOANNE TARNOVIO**, factus. Postquam autem Anno 1609. die veneris 24. Februar. dilectissimus ejus parens decesserat, relicta vidua conjugum, cum quatuor filiis, **PANCRATIO**, Phil. Mag. Poetae laur. Caes. & quondam ad **Div. Jacob: heic** Directore chori Musici: **ANDREA**, Signifero militari, **ULRICO** Phil. Mag. & pariter **Aedis Marianae** heic etiam Musices Directore, filiabus item binis, quarum saltem una tunc conjugalis fuerat: An. 1611. mense Aug. quindecim modo annorum Adolescens, in **Scholam Anclamensem Pomeraniae** missus est, ubi per triennium humaniora studia pertinacissima dexteritate tractavit. Inde **Budilinum** delatus, in superioris **Lusatiae Scholam**, per integrum annum, praefectum ibi Chori Musici egit. Post **Luneburgum**, ibidemque sub Rectoratu clarissimi **BLOTHII**, quam inceperat, telam feliciter urfit, Anno 1616, in patriam hanc **Universita-**

verſitatem revocatus, abs viduâ matre, fortiter ſtu-
dia continuavit; eoque fortiùs, quò videret, non
poſſe ſe per viduæ matris facultates, & quòd in tenerâ
adoleſcentiâ optimo patre orbatus eſſet, in peregrinis
Academiis agere: Hospite illo ipſo tempore uſus,
Viro Spectatiſſimo & integerrimo DN. MICHAELE
SIBRANDO, præfecto Ædis noſtræ Marianæ, recens
humato, cui in informatione liberorum operam præ-
ſtitit. Anno 1617. apud præcipuos antiquæ familiæ
Nobiles DN. JOACHIMUM Podewels / in domo
Demmin / anterioris; & DN. CRANGEN poſterioris
Pomeraniæ, propè fines Caſſubinos, & DN. JOAN-
NEM von Walsleben zu Leiſtenow / reſpectivè heredi-
tarios, ſingulo in loco, per triennium pædagogiam fi-
deliſſimè exercuit. Quæ functiones, quantumvis ſa-
tis lautæ & plauſibiles, cum non ampliùs conducerent,
Anno 1624. patriæ redditus ſuæ, ipſis Martinalibus, ſin-
gulari Fato, ſociam vitæ accepit, Lectiſſimam virginem
ANNAM, Viri quondam Nobiliſſimi & Conſultiſſimi
DN. GEORGI Pübbecken / U. J. D. Practici, item &
Dicaſterii Meclenburgici Advocati, relictam filiam ger-
manam, tunc temporis, Avunculi tutoriſq; ſui p. m.
plurimum Reverendi & clariſſimi DN. M. JOANNIS
CORFINII, Ædis Jacobæ hæc Diaconi, domeſticam;
nunc, dolor! viduam adſictiſſimam, quâ cum integros
quadraginta quatuor annos ſemper jugali amicitia &
amore vixit. Neq; verò ſterile hoc marrimonium
fuit,

fuit, aut sine Numinis altissimi benedictione: prodierunt namq; ex illo sex filii & unica filia: primo quidem ANDREAS U. J. Licent. Advocat. & Universitatis Rostochiensis Secretar. secundò JOANNES, Phil. Mag. tertio GEORGIUS, qui 6to ætatis anno repetiit ortum suum; quartò WENDULA, quintò FRIDERICUS & GEORGIUS Juris Studiosus, gemelli: quorum ille quatuor saltim infans hebdomadū, morte abreptus; sexto FRIDERICUS secundus, itidem Juris Stud. quos superstites quatuor, statim ab ineunte ætate, non tantum publicis privatisq; Præceptoribus commisit, verum ipse etiam, domesticâ informatione suâ, fideliter juvit, inq; remotiores Germaniæ Academias, haud contemnendis sumptibus ablegavit, plane singulari amore in liberales artes, quippe quas & ipsius parens, ut accepim⁹, nunquã nō magni fecerat. Ex majore natu filio Licent. ANDREA, ejusdemq; conjuge MARGARETHA Schmedin / ANNAM, MARGARETHAM, JOANNEM, primâ infantiâ extinctum, CATHARIAM, THOMAM, JOANNEM secundum & ANDREAM; ex unicâ filiâ WENDULA, ejusdemq; marito DN. ALEXANDRO Thesand / Ampl Facult. Jur. jam Secretario, unicam natam ANNAM-SOPHIAM, adeoq; octo nepotes, nunc, super funere, respectivè Dn. Patris, Avi & Soceri acerbissimè lugentes, vidit. Primordium vitæ conjugalis in politicâ negotiatione constitit, donec, ingruentibus belli calamitatibus, tot
gravis

gravissimorum onerum civilium pertaxus, Anno 1636.
Rectore Magnifico DN. JACOBO FABRITIO, Med.
D. & P. P. in locum DN. BISCHOVII p. nr. A-
cademiæ Ministri suffectus est. Cùm indes fides
ipsius & impigritas probarentur, alia insuper officia
eidemandata fuere. Scilicet Anno 1637. Amplissimo-
rum Dominorum Professorum Senatûs, Anno 1651. d.
18. Julii Dnn. Profess. Ducal. collegii Oeconomix, & d.
15. Aug. eod. Amplissimæ Facultatis Juridicæ Secretaria-
tus. Quàm se diligentem & candidum gesserit in obe-
undis hisce muneribus, nobis, ut publica taceamus
testimonia, omnium optimè constat; neq; enim fri-
gori se subduxit, neq; æstui, temporive parsit, quo
domi pranderet. Ira naturâ quasi ad labores multos de-
stinatus, non modò quæ officiorum suorum erant, con-
fecit, sed illa quoq;, quæ venire à causarum patrono
solent. De cætero, pietatis studiosissimus fuit, tam sa-
cra publica frequentando, quàm privatim orando,
S. Biblia, aliosq; sacros auctores legendo, totiensque
suis hoc inculcando: Pietas ad omnia utilis est, habens
promissionem hujus & futuræ vitæ. Ne quoq; in otio
quid temporis pertransiret, interdum carminibus ana-
grammatibusq;, Latinis, honorialiorû typis etiâ excu-
sis operatus est. Et cùm mortalitatis conscius suæ, item-
que æternitatis contemplator esset, effigiem crucifixi
Servatoris sculptam pictamq; cotidie in mensâ, imo in
ipso ferali lecto habuit, perpenditq;, cum eximiis apo-
phtegmati-

phlegmatibus, symbolis & dictis S. Scripturæ, &
SS. Patrum, quæ passim propria manu libellis inscrip-
sit, in quorum numero versum ult: Psalmi: 73. pro fu-
nebri textu electum, cum totius vitæ curriculo forte
fortunâ nuper invenimus. Nec minus temperanter
& concorditer egit, crapulæ & luxûs hostis, rixarum
osor & amicitia, pacisq; cultor maximus. Ut rem com-
pendio exequamur; Vixit parens noster trium juris
præceptorum, quorum nos quoque identidem
admonuit, semper memor honestè vivere, ne-
minem lædere, suum cuiq; tribuere. Ultimam vitæ
clausulam parentis nostri quod attinet; ecce ille tertio
Februar. à publicâ expeditione redux factus, respirare
difficiliter cœpit, & conqueri de frigoris molestiâ & intensissi-
mis pectoris doloribus. Quamquam illi ex intervallo remis-
erunt sapiusculè, adeoq; superesse rebus initio potuerit, tamen
d. Saturni 20. Febr. ita vis mali crevit, toto die nocteq; & subse-
quenti Sabbathi, uti elideret omnem curam & medicamenta
Experientissimi & Excellentissimi DN. D. BACMEISTERI,
P. P. cujus de morbo sententia hæc est: DN. JOHANNES
AMSELIUS *ante aliquot dies febre continuâ cum defluxionibus ca-
tharrhosis ad pectus laborare cœpit, nihilq; proficientib; medicamen-
tis /atis generosis, ob summum senium, tandem à calore præternatu-
rali & doloribus pectoris, residuis viribus plane exhaustis, placidè
extinctus est.* Itaq; eopse Solis die jam nunc de animæ curatio-
ne sollicitus, experere corpus & sanguinem JESU CHRISTI,
præparare se morti, seriâq; pœnitentiâ agnoscere vitæ errata, &
verâ fide in Dominum, sacras agni epulas abs manu Viri pluri-
mum Reverendi & Excellentissimi DN. D. ENOCHI SVAN-
TENII, Archidiaconi Jacobæi, præsentibus Conjuge liberisq;
devotif-


devotissimâ reverentiâ accipere. Post illa, magis magisq; enervatus, nil nisi liberationem expectare, & vitæ cœlestis gaudia; præierunt ipsi conjux & astantes verba optimorum dictorum S. Scripturæ, & cantiuncularum: imprimis filius, ordine secundus, circa nonam vespertinam, clarâ voce acclamavit: **HERR** Jesu in deine Hände befehl ich meinen Geist / du hast mich erlöset / **HERR** du getreuer **GOTT** / item **HERR** Jesu mein trautes gut / dein Wort dein Geist dein Leib und Blut / mich innerlich erquickten; itē Rom du schone freuden Erone / bleib nicht lange &c. quibus singulis, ab eodē, horâ secundâ matut. repetitis, rogatus p. def. num intelligeret, & perseverare in suo Jesu vellet, perspicuè sapius affirmando respondit **Ja / Ja**. Et cum deinceps etiam ipsa Conjux, dilectissima mater nostra, ad usq; excidium fidelis & intrepida, inter alia, hæc ultimò in susurrasset in aurem: **HERR** Jesu dir Leb' Ich / dir sterb' Ich / dein bin Ich Tod und lebendig / ipso d. 22. Febr. hora quintâ matut. placidè obdormivit, & Sioni suo redditus est, in quo vivus posuerat salutem, juxta nominis sui Anagrammatismū, **IN SIONE SALUS MEA**; & quidē illo mense & d. lunæ quo natus & ipsis etiam initiis passionibus, quibus sponsalitiū olim foedus iniit. *Quod mortuus sit B. Noster, cum omnibus, in mortalitate constitutis: quòd ipso natali sibi mense mortuus sit, eum paucissimis tantum: quòd in fide verâ, & Sioni suo mortuus sit, cum electis DEI filiis, & ipsis Sionis Principibus commune habet. Caterum, quum bodie ejus exuvia matri suæ veniant remittenda, omnes Omnium ordinum Literatos, ut frequentes earundem deductioni adesse dignentur, juxta afflictissimam Matrem, mastissimi Liberi obnixè rogant; ipsa pietas, & B. D. in Academiam tot annorum ministeria requirunt.*


P. P. sub Sigillo Rectoris die III. Mart.


Anno M. DC. LXIX.

Conventus erit in Æde Marianâ horâ I^{mâ}.

(☩:☩) (☩:☩)









phlegmatibus, symbolis & di-
 SS. Patrum, quæ passim propria
 psit, in quorum numero versum
 nebri textu electum, cum totius
 fortunâ nuper invenimus. Nec
 & concorditer egit, crapulæ & l-
 osor & amicitia, pacisq; cultor m-
 pendio exequamur; Vixit pare-
 præceptorum, quorum nos
 admonuit, semper memor ho-
 minem lædere, suum cuiq; tribu-
 clausulam parentis nostri quod at
 Februar. à publicâ expeditione
 difficiliter cœpit, & conqueri de frigo-
 mis pectoris doloribus. Ququam
 runt sapiusculè, adeoq; superesse reb-
 d. Saturni 20. Febr. ita vis mali crevit, t-
 quenti Sabbathi, uti elideret omnes
 Experientissimi & Excellentissimi DN
 P. P. cujus de morbo sententia hæc est
 AMSELIUS *ante aliquot dies febre conti-*
tbarrhosis ad pectus laborare cepit, nihil
vis satis generosis, ob summum senium, ta-
rati & doloribus pectoris, residuis viribus
extinctus est. Itaq; eo pse Solis die jam
 ne sollicitus, experere corpus & sangu-
 præparare se morti, seriâq; pœnitentiâ
 verâ fide in Dominum, sacras agni epu-
 mum Reverendi & Excellentissimi D
 TENII, Archidiaconi Jacobæi, præse

ipturæ, &
 ellis inscri-
 73. pro fu-
 culo forte
 mperanter
 s, rixarum
 rem com-
 rium juris
 lentidem,
 vere, ne-
 imam vitæ
 e ille tertio
 s, respirare
 & intensissi-
 vallo remise-
 uerit, tamen
 teq;, & subse-
 medicamenta
 MEISTERI,
 HANNES
 luxionibus ca-
 g medicamen-
 re præternatu-
 usis, placidè
 imâ curatio-
 I CHRISTI,
 ita errata, &
 u Viri pluri-
 CHI SVAN-
 iuge liberisq;
 devotif-

